

seu documentis specialibus; ut can-
ticis, epistolis, prophetiis.

44. Cumq; omnia alia ad *officium* ho-
minum, & *judicia* Dei præcipuè re-
ferantur:

45. *phrases* etiam & *enunciata* omnia,
non tam theoreticè, velut in acroa-
terio dialecticorum, quam *practicè*,
velut in domo disciplinæ paternæ,
intelligenda sunt.

46. Cæterum, cum in aliis signorum
generibus sit PERFECTIO & PERSPI-
CUIITAS *sufficiens* ad inexcusabilita-
tem:

47. in scripturis etiam est *abundans* ad
salutem.

48. CAUSA INSTRUMENTARIA *cogno-*
scendi illarum certitudinem ac divi-
nitatem, sunt MOTIVA seu *argumenta*
quibus illa persuadetur.

49. Nempe i. *signa & miracula*, lo-
quentibus data; *per autopsiam* olim,
nunc *per historiam* & *testificationem*

A 5

omni